Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



mala: Nam simulacrum cui cum copia & gubernaculo fingunt tamq̃
hec & opes tribuat & humanaꝝ rerum regimen optineat: Cui & optꝫ
& virgilius assensit: qui fortunam omnipotentem vocat: Et huiusmodi
cuiusq; aiunt: Sed profecto fortuna nemini dominatur: Quid ergo
ceteris dijs loci superest: Cur non aut ipsi regnare dicunt si plus pōt aut sōla co
luitur: si omnia vel sitim mala immittit: Aliqd cause proferant: cur si dea
sit: hominibus inuideat: eosq; pditos cupiat: cum ab his religiose colatur:
Cur equior sit malis rebus: iniquior autē bonis: Cur insidietur. affligat. de
cipiat. & exterminet. Quis illam generi hominū vexatricē ppetuā: cōsti
tuerit: Cur denique tam malam sortita sit potestatem: ut reliquos omnes ex hi
bidine magisq; ex vero celebret & obscuretq;: Hec mq̃ plios inquirē oportuit
potuit: q̃ temere innocentem accusare fortunam: que & si sit aliqua: ni
hil tamen afferri ab his pōt cur hominibus tam inimica sit: q̃ putatur: Itaq;
ille omnes orationes quibus iniquitatem fortune lacerant. se suaq; uir
tutes contra fortunam sapientissime iactant: Nihil sunt aliud q̃ delira
menta inconsiderate lenitatis: Quare non inuideant nobis. quibus
aperuit veritatem deus: Quin sicut scimus nihil esse fortunam: ita
scimus esse prauum ac subdolum spectrum: qui sit immisericors. bonis. hos
tisq; iusticie: qui contraria faciat: q̃ deus cuncta iuuandi causam in sedō
libro explicauimus: Hic ergo insidiatur animis. Sed eos: qui deum
nesciunt: errore impedit. stultitia obruit. tenebris circūfundit: ne qs
possit. ad diuinam hominis noticiam peruenire: in quo uno & sapientia
continetur & uita peruenire: in quo uno & sapientia continetur & vi
ppetua: Eos aūt: qui deum sciunt: dolis & astu aggreditur: ut cupidi
tate. aut libidine irretiat. aut peccatis blandientibus depranatos impel
lat: ad mortem: vel si dolo nihil proficere ui & violentia deiq
cere conatur: Idcirco in primordijs transgressionis non statim ad pe
nam detrusus a deo est: ut hominem malicia sua excecat. ad uirtutem:
Que nisi agitetur insi vexatione assidua roboretur non pōt esse perfec
ta. Si quidem uirtus est preferendoꝝ malorꝝ fortis. atq; inuicta patientia.
ex quo fit: ut uirtus nulla sit: si aduersarius desit: Huius itaq; pīsepo
testatis cum uim sentirent: uirtutem impugnantem nomen ignorarent:
fortune sibi vocabulum inane finxerunt: Quod q̃ longe a sapientia
sit remotum: declarat Iuuenalis hic uersibus: Nullum numē abest
si sit prudentia Sed te nos facimus fortuna deam celoq; locamus: Stul
ticia igitur & error: & cecitas & ut Cicero ait: ignoratio rerum atq;
causarum nature ac fortune nomina induxit: Sed ut aduersarium sui